



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XLIII. Christ[us] chlamyde coccinea circu[m]datur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Christus chlamyde coccinea circumdatur.

FIG'V'RAE. I. Zaram frater Phares natus a' ligato filo coccineo. Genes. 38. 27. 28. *In facere autem partu, apparuerunt gemini in utero: in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: iste egredietur prior.*

2. Iudas lauit stolam in vino & pallium in sanguine vuz. Genes. 49. 11. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem o fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & sanguine vine pallium suum.*

3. Raab dat exploratoribus signum redemptionis filum coccineum. Ios. 2. 18.

4. Vestes summi sacerdotis inter cetera erant ex bysso & purpura coccoq; distincto, & pilis caprarum. Exod. 25. 4.

5. Hæc vestis chlamis erat militaris, purpura regia quæ promissa Danieli interpretanti somnia, à Baltasare. Dan. 5. 16. *Porro ego audui de te, quod possis obscura interpretari & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & iertius in regno meo princeps eris. Missa Ionathæ purpura ab Alexandro Antiochi filio. 1. Mach. 10. 20. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, & ut amicus voceris regis, (& missa ei pur-*

ei purpuram & coronam auream) & que nostra sunt sentias nobiscum & conserues amicitiam ad nos. Vide & capit. 11. 58. Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream. Ibidem capit. 14. 43. Et cura sit illi de sanctis: & ut audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones, in regione, & ut operiatur purpura & auro. Vers. 45. Qui autem fecerit extra haec, ausus irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Induetur autem Christus postea à patre cœlesti, vt Mardochæus veste regia Esther. 6. 8. vbi Mardochæus debuit indui vestibibus regijs & imponi super eum qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & vt Ioseph byssina stola regis Pharaonis. Gen. 41. 42. Tulit q̄ annulus de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitq̄ eum stola byssina, & collo torquem aureum circumposuit.

6. Vestis verbi Dei aspersa fuit sanguine. Apocal. 19. 13. 14 15. 16. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus qui sunt in calo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex utraq̄ parte acutus: vt in ipso percutiat gentes & ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcet torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum & Dominus dominantium.

PROPHETIAE. Prouerb. 31. 22. Stragula-

lam

tam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius. Isai. 1. 18. Et venite arguite me, dicit Dominus si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Ibidem cap. 1. 2. 3. 4. Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra siccus: non est species ei, neque decor, & vidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum. Despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scelerem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, unde non reputauimus eum, vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatum.

VERITAS. Matth. 27. 28. Et exuerunt eum chlamydem coccineam circumdederunt. Marci 15. 17. Et induunt eum purpura & imponunt eum plectentes spineam coronam. Ioan. 19. 5. (Exiit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum vestimentum) & dicit eis. Ecce homo.

CAPVT XLIII.

Christus spinis coronatur & arundine percutitur.

FIGURAE. I. Videt Abraham arietem inter vepres hærentem pro filio immolandum. Genes. 22. 13. Leuaui Abraham oculos suos viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. 2. Iacob